

praes indeficiet effundunt. Curet etiam propter
rea fidelium quae iuxta dignitatis et virtutis adeo
sibi concessa facultate monitionibus et exemplis a
lium ad bene agendum incitare patet filium. doctor
discipulum et sapiens instruat ignorantem. Roge
mus tamen pro mutua pace et unanimi inuicem carita
te. quo post mortem corporis huius phenomenon bea
titudinis participes simus. quam nobis concedat deus
vnus essentialiter et personaliter trinus qui est be
nedictus in secula seculorum. Amen.

Explicit tractatus de decem praecipis venerabilis
magistri Johannis Gerson.

Incipit tractatus. Secundus de examinatione conscientie
Disquis a morte peccati ad salutis et gra
tie statum velit resurgere. et ut actus
sui et intentiones ad vitam eternam utiles
sint et meritoziter. necesse est quod delicta sua reco
gitet et cognoscat. dolens de commissis atque propo
nat auxiliante deo a peccato mortali se precauere et
abstinere in futurum. firmum propterea ac sincerum
propositum habeat appetentibus loco et tempore pecca
ta sua saltem mortalia distincte et integraliter
confiteri. Quod ut amodius fiat priusquam
confitens crimina sua reuelaturus accedat ip
se circa ea matura morosaque diligentia preme
ditari tenetur quasi magnum aliquod emo
limentum inde reportare se crederet. ut complete